

4. 12. 11.

2

194

227



L VII 194

1-26

210/53

3

In Obitum beatum
AMPLISSIMI, PRUDENTISSIMI,
CLARISSIMIq; VIRI,
DOMINI
FRIDERICI BIRN-
STEINI, CONSULIS REIPUB: ZIT-
TANÆ MERITISSIMI; FAUTORIS
SUI DESIDERATISSIMI
MEMORIA.



ZITTAUIÆ
TYPIS CLEMENTIANIS.
ANNO MDCXXIV.

12. Febr.

FDN 90456.98

Prima.

Nuncius ut nostras tristis pervenit ad aures,
BIRNSTEINUM vitam deposuisse suam:
Obstupui, mentiꝫ mea subiēre dolenti,
Qua de justorum Biblia morte docent:
Morte perit justus; sed nemo morte movetur.
Pænas intendit CHRISTUS ab axe graves.
Sapè etiam celebri, portendunt fata sinistra,
Urbi, discessus interitusꝫ senum,
Quocirca, Zittana, tuum, Respublica, Patrem
Defle, lugubri cingeꝫ veste caput.
In te, quisquis es, inde stude, descendere, & horam
Funeris ante oculos discere habere tuos:
Tuꝫ tuas gemina mæstas, HIRSFELDA, querelas,
Pullaꝫ tristificis fletibus ora riga.
Organon, in Templo fautori, pectore grates
Dic, nostrumꝫ tuo, flebile pange melos.
Fle, plebs tota: (dies nigris signanda lapillis!)
Fle, puer, & juvenis, Vir, nurus, atq; senex.
Namꝫ Caput, Pater & Patria, princepsꝫ Senatꝫ,
Consul, & Urbis honos, Vir pietate gravis,
Debita natura solvit, vitamꝫ peregit,
Omnibus & nobis funera acerba dedit:
Quem benè pro meritis extollere laudibus æquis,
Mens mærore madens, plena dolore vetat.
Interea quoniam adproperant discrimina multa,
Qua sunt in nostrum mox ruitura caput,

Nunc

Ac hodiè patimur permagna pericula mæsti:

(Namq; impunè Deus non sinit ire nefas)

Nunc opus est, duplices ad sidera tendere palmas,

Atq; rogare decet voce gemente Deum:

Fora famem, morbosq; procùl, bellumq; repellat

A nobis: cunctis det bona cuncta diu.

Urbem cum populo, Cives, omnemq; Senatum,

Præsidio Angelico protegat atq; regat:

In vacuumq; locum verà pietate valentem

Substituatur fidum dexteritate virum:

Consilio qui Tempora, Scholamq; Forumq; gubernet,

Et sit Justitia tutor, asylon, amor.

Altera.

Consul abit, non Consul obit: BIRNSTEINIUS, ultra,

Heu! Consul Patriæ desinit esse sua:

Cælica qui præfert mundanis gaudia rebus,

Is verè Consul consulit ipse sibi.

Tertia.

Hoc jacet in tumultu placidè BIRNSTEINIUS, imò

Cum Jesu felix vivit in arce poli:

Quem meritò lugent pia CURIA, TEMPLA, Lycæum:

E manibus calamum mi rapit ipse dolor.

Summæ gratitud. & minuendi

luctûs gratia

à
M. Paulo Haugsdorffio Pa-

store Ecclesiæ Hirsfeldens. animitus

conscripta.

THRENODIA.

SI qua dies nigro fuerit signanda lapillo;
Hac est; quâ in terris desit esse super
BIRNSTENIUS; quo non sapientior alter in urbe
Zittigenûm; quo non justior ullus erat:
Sinceræ ardebat nam religionis amore
Eximius Consul, qui modò liquit humum.
Curia, plange tuum **VERI THEMIDOSQ** patronum,
Egregium patriæ qui caput **URBIS** erat:
Quàm vocitabatur **FRIDERICI** nomine verè!
PACIS amans, bellorum horridus hostis erat.
Undiq; turbabant nosmet bella, horrida bella;
FRIDRICUS noster **PACIS**, amator erat.
PACIS amator erat: facta illius omnia **PACEM**
Spirabant: verus **PACIS** amator erat:
PACIS amator erat mundanæ, spiritualis.
FRIDRICUS noster **PACIS** amator erat;
PACIS amator erat: coelestem scandit in aulam;
Semper ubi veræ tempora **PACIS** agit.
Liquit ovans mundi immundi tristissima quæq;
Incolit & rutili tecta beata poli:
PACIS amans ubi, non timet horrida bella, nec hostis
Insidias, sed amat, qui regit omne, **DEUM**.

Subjuncta à

Christophoro Opitio B. l. Sil:

2004

Oberlausitzische Bibl. Görlitz



1006892 2